



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtili Cæsarei Consiliarij et Historiographi  
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs  
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

**Curtius, Cornelius**

**Antuerpiæ**

24. Non tamen ideò in seipsum sævire desinit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37243**

spectrorum imagines objicere; flagris plagisque crudeliter in eum bacchari, omnibus denique modis pessimè habere, ut aliquando à spe salutis dejectum in omne periculum propelleret. Sed ille sic eos triumphavit in vivis, ut etiamnum vel solum mortui nomen audire horreant.

24.  
Non tamen idè  
in seipsū  
exvire  
definit.

NICOLAUS ergo tot inferni molestiis laceffitus, tot fustibus delumbatus, tot plagis sauciatus, alterum denique pedem claudus, non definit tamen in se desævire. Ita carnem flagris ferreis afflicta vit, attrivit jejuniis, assiduis precibus & vigiliis maciavit; ut non hominem, sed hominis vivum funus diceret. Certè præter pellem & ossa vix quidquam hominis in eo videbatur; ut meritò prodigii loco ponerent omnes tam duram ejus simul & vitalem vitam. Enimverò vires illi cælum suppeditabat, quando bibenti fontanam iterum atque iterum in vinum vertit, debiliori stomacho generosum fomentum.

Illud



Illud verò in paucis memorandum, quod hodieque omnis orbis miratur. Desluētibus quotidie corporis viribus à tam rigido vitæ instituto, in morbi ultima pericula inciderat; ut jam ad exeundum sibi viam querere anima videretur. Medicinam unam unicam Medici pronunciant carnis esum, quæ vires repararet. Id NICOLA O persuadere conantur; sed nequidquam: ultimam denique repulsam Fratres & amici passi sunt. Tum ille: *Qui libet vobis ad morbi molestiam mihi accersere graviolem alteram, vestro isto parum sano concilio? Mihi credite, carnis frena premenda potius quam laxanda sunt. Forteam vos creditis vincas Deo manus, ut non possit mihi sanitatem sine vestrâ arte reddere?* Simul hæc elocutus, amicorum unus aliquis clam illum excurrit citato veredo ad Provinciæ Præfectum (Montechii erat) impetratque scriptum mandatum, quo NICOLAUS carne vesci jubebatur. Ingredientem in valetudinarium æger præfagus affatur, & *Anne adfers*, inquit, *obediencia*  
pre-

25.

Æger induci non potest, ut carne vescatur.